



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

169. An iudex laicus possit ciuiliter, seu criminaliter cognoscere causas  
aduersus Equites D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ? Et an dicti Equites  
gaudeant priuilegio Canonis, & fori? Ex par. 1. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

# De Immun. Eccles. Ref. CLXVIII. &c. 179

## RESOL. CLXVIII.

An Nonitij D. Iacobi, Alcantara, Calatrava, & prae-  
fertim D. Joannis gaudente priuilegio fori?  
Et ex doctrina huius questionis inferatur an Pralati Re-  
ligiosorum ex iusta causa possit differre professio-  
nem Nonitij apti? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 18.

§. 1. **H**is diebus in facti contingentia accidit ca-  
tivitatem sententiam tenet Mastrillus decif. 290. n. 166.  
vbi sic ait. An miles huiusmodi Ordinum, qui adhuc  
professionem non fecerit, gaudeat priuilegio fori?  
Dico quod non, secundum Socium in cap. propo-  
siti, de foro competenti & Bossum eod. tit. num. 144.  
& ita alias vidimus practicatum in Regno Italiæ.  
Cui add. Villadiego in Polit. cap. 5. §. 20. num. 112. &  
114. Bobadillam in Polit. tom. 2. lib. 2. cap. 19. num. 16.  
& seq. Rodriguez in qq. reg. tom. 2. q. 62. art. 14. & Hier-  
onymum Cenedo de paupert. Religiosa, dub. 50. n. 20.  
ibi. [Lo qual se entiende si aelquen despues de  
professos.]

2. Sed ego affirmatiuam sententiam prouersus te-  
nendum esse puto, quam alibi docui, & me citato  
docet nonissime Illufr. & amantiss. Dominus meus  
Ambrosius Marchin. Archiep. Calaguritanus in res.  
pro Nonitij dictorum Ordinum, vbi in fine, sic afferit.  
[ De todo lo qual consta que todos los Nouitios  
de todas las tres dichas Ordenes Militares sin diffe-  
rencia ni distinctione alguna en todos, y qualquier  
delictos sin excepcion alguna dellos gozan del pri-  
uilegio del fuero, y lo mismo se ha de desir de los

\* de Montesa y de todas las demás Religiones mi-  
litares, que tuviere la misma forma de los tres votos,  
fus. vlt. & constituciones confirmadas por la Sede Apostolica  
etiam ca. Ita sapientissimum ille vir, cui add. videndum eru-  
ditum, & doctum Thom. Carleualium de indicitis, l. 1.  
tit. 1. q. 6. sett. 3. a. n. 239. usque ad n. 445. qui responder  
ad ea, quæ afferit Bobad. & ratio est, quia sicut. Non-  
itij Religionum Regularium gaudent priuilegio fori  
ante emissam professionem, sic etiam Nouitij harum  
Religionum Militarium, navi, vt probat amantissimus  
& doctus Nouitius tom. 1. q. forens. cap. 24. valet ar-  
gumentum de statu Regularium ad statum & Reli-  
gionem Religiosorum Militarium; & ita declarasse  
laicam Congregationem Cardinalium, testatur Ric-  
cius in praxi tom. 4. ref. 249. num. 3. quæ quidem omnia  
procedunt, à fortiori in Nouitij Religionis D. Ioan.  
Vnde neclo quomodo aliqui ausi sunt sine timore  
censuraru Bulla Cœna consulere potuisse Principé  
laicum quemdam Nouitium dicta Religionis care-  
tare, cum supradicta Religio sit vt alia Religiones  
Regularium, & dissoluit matrimonium ratum, &  
non consummatum, & contrarium afferere esset cen-  
sura dignum: ergo, &c. Et ideo non est attenden-  
da contrafia confuetudo si adesseret, etenim esset con-  
tra immunitatem Ecclesiasticam à sacris Canonibus  
& Bulla Cœna singulis annis reprobata.

3. Nec valet dicere, quid supradicti Equites ali-  
quando multos annos remanent in Nouitiatu: nam  
hoc non tollit eis priuilegium fori, vt probat Mar-  
chinus vbi sup. adi illam & non pigebit, acutè enim  
& docte, vt semper lolet, materiam hanc pertractat.  
Et pro Regularibus obseruat ex Rodriguez & San-  
chez, [que pueden los Superiores por iusta causa di-  
ferir la profession de los Nouitios aptos, y assi con-  
firme firmate de hóbres doctissimos de la Vniuersidad de  
Salamanca, se dilato en la Orden de San Francisco  
la profession de un Nouitio hasta que cumplio los  
veyente annos, por que a quella edad era necessaria

para disponer de vnos bienes.] Ita ille quod est valde  
notandum, & ego olim confului. Vnde ex his &  
per ea, quæ latè adducit Marchinus, & Carleualius,  
satis remanet confutata doctrina Petri de Vrtez in  
Æstino otio p. 2. n. 109, quem meritò inter autores  
prohibitos annumerauit sacra Congregatio Indicis  
in decreto edito die 4 Februario 1627.

## RESOL. CLIX.

An iudex laicus possit cinipler, seu criminaliter cognoscere causas aduersus Equites D. Iacobi, Alcantara,  
Calatrava, &c?

Et an dicti equites gaudent priuilegio Canonis, & so-  
ri? Ex part. 1. tract. 2. refol. 73. alias 72.

§. 1. **A**ffirmatiu respondet, qui opinantur, di-  
ctos Equites no esse vere Religiosos, quo-  
rum sententiam \* supra refutauimus.

2. Et ideo attendum est supradictos esse verè  
Religiosos, & gaudent priuilegio fori, sicut gaudent  
catu mendicantes, & eorum Indices Conferuatori-  
es possunt excommunicationem fulminare aduersus  
iudices laicos qui illis cognoscere volunt. Et ita do-  
ctet doctissimus Mota de conf. ord. D. Iacobi lib. 2. cap.

1. §. ex Bullis Pontificis Alexandri III. & aliorum.  
Idem docuit Franciscus Molina, & Michael Carranca  
præstantissimi Theologi apud eundem Motam  
lib. 2. c. §. 32. num. 31. & 43. Et novissim hanc sen-  
tentiam amplexus est Cœallos tract. de cognit. per viâ  
zial. p. 2. q. 149. n. 23. vbi ita pluries fuisse indicatum in  
Hispania, restatur Mastrillus verò tom. 3. dec. 280. n.  
165. adducit literam Regiam, datam die 10. Ianuarij,

1609. vbi statutur, huicmodi Milites in causis cri-

\* Sup. in Ref.

malibus, & mixtis gaudente priuilegio fori; causas tom. 5. tr. 1.

verò ciuiles terminari debere iuxta stylo, & con-

fectitudinem loci. Sed pro omnimoda exemptione fori

dictorum locum, facit doctrina Layman in Theol.

mor. lib. 4. tr. 9. c. 7. num. 1. & Suarez contra Regem An-

glie, lib. 3. cap. 2. num. 7. afferentium, gaudente pri-

uilegio canonis, gaudente priuilegio fori. Sed dicti

Milites D. Iacobi, Calatrava, &c, gaudent priuilegio canonis, vt ex multis nota Bonacina de censu-

ris, disq. 4. q. 4. puncl. 1. num. 7. Fillius tom. 1. tract. 15.

t. 1. q. 4. n. 14. Marinus Antoninus var. refol. lib. 1. cap.

112. cap. 63. Carolus de Graffis de effect. cler. effect. 9. n.

131. Nauarus conf. 11. de Regular. Gipius de cas. reser-

cap. 3. num. 15. & alij. Ergo debent gaudente priuilegio fori; quia aliter in iure non est determinatum,

vt de Clericis minoribus, qui gaudent priuilegio

canonis, sed non fori, si condicione Concilij Tri-

dentini non obseruant.

Refol. 49.

& 50.

## RESOL. CLXX.

An Fratres D. Ioannis, qui portant medianam Crucem  
albam gaudent priuilegio fori, & gabellorum? Ex  
part. 3. tract. 1. Ref. 51.

§. 1. **N**egatini respondet Bobadilla in politica  
tom. 1. lib. 2. can. 18. num. 233. sic ait. [ Los  
Confrayles de la Orden de san Juan de Rodas, que  
traen media Cruz blanca, ó vn Tao blanco, que son  
seglares, y viuen sin regla y con sus bienes y habitos,  
y se casan, no gozan del priuilegio del fuero, y  
esfencion de tributos.]

2. Non definam tamen hic adnotare, nouissime  
Episcopum Vicereensem Aloysium Riccius in pra-  
xi tom. 4. refol. 177. num. 3. affirmatiuam sententiam do-

cere,